

eo ſepoſito, dotem licetè peti poſſe; quemadmodum latè oſtendit Dionyſius Carthuliſius lib. 1. De Simonia art. 6. Locum integrum retuli in Diſſertatione citato c. 4. §. 11.

XIV. Nec tantùm ſæculares, ſed etiam Religioſi, aliorum Monaſteriorum opulentorum offenduntur. Dum enim intelligunt hæc aliave Monaſteria ſine ſcrupulo dotes exigere, facile ſibi perſuadent, ſe æquè ac illa indigere; atque ita ſit, inquit Joannes Wiggers, "ut Monaſteria factis dotata idem imitentur, etiam ſi poſſint quoque numerum longè majorè quam habeant, commode alere."

De jure & juſtitia. Tract. 7. cap. 4. dub. 10. num. 57. XV. Præterea teſte Pontifice in citata Extravagante SANE, per hujusmodi pactiones & exactiones contingit, ut quamplures tam executione buſiſi modi criminis, quam expenſarum onere à ſacra Religione propoſito retrahantur.

Nec dubium (uti rectè advertit Dionyſius Carthuliſius lib. 2. de Simonia art. 2.) quin exactio, pactione, ſeu temporalium exhibitio ita gravat & à Religione impedit pauperes, dam ſit pro ſuſtinetur aculo vitæ ipſorum, ſicut ſi fiat pro ſpiritualium exhibitio. Et pro dolor exclamant idem Doctores, quam multa bona pauperum quotidie clamant, conqueruntur & dicunt ſe eſſe paratas ad Religionis & vitæ reclusæ ingreſſum, ſed non poſſe acquirere locum, eò quod jam undique temporalia exigantur. Similiter quedam puella & ſæminæ divites, Deum timentes, Religionemque ingredi cupientes, paratæ quoque ad comportandum pro ſe ſufficientiam temporalem, ex conſideratione utilitatis exactionis & pactionis Religioſarum quarumdam, retrahuntur ab ingreſſu ad eas.

Dum verò pauperes defectu temporalium reſciuntur, & alia timorata conſententia, & vero Religionis ſpiritu plena horrore hujusmodi pactionum ut minas de ſabeſimonia ſuſpectam à Monaſterio hujusmodi retrahuntur, quid inde natum evenire, niſi quod minus idoneæ, & ſpiritum Religionis non habentes ad Religionem admittantur cum maximo regularis diſciplinæ nocumento. Nam, uti bene advertunt Patres Synodi Burdigalenſis anno 1583. tit. 25. "Experientia docet, diſciplinam Religioſam eorum vitio ex parte collapſam eſſe, qui in Religioſas familias intruunt, aut alia quavis ratione humana inducuntur, potius, quam à ſpiritu ſancto vocati fuerunt."

XVI. Qui hæc aliæque incommoda, quæ hæcæ ſtipulationes contractuque ſuper dotibus Ingreſſum ſequuntur, ſerò expenderit, haud difficulter percipiet, quam merito Synodus, ut omnem eorum prætextum præſcindere, præcepit, "Ut is tantum numerus conſtituatur ac impoſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſueſſis elemoſynis commode poſſit ſuſtentari."

XVII. Nec obſtat, quod ex hac Decreti exacta obſervantia numerus Regularium ſubinde minor ſolito eſſet; nam rectè dixit citata Synodus Burdigalenſis: "Sancta & religioſa paucorum congregatio, quantumvis magna, ineptorum hominum multitudine, Deo & hominibus acceptior eſt, & Eccleſiæ utilior."

Quin advertit Cardinalis Bellarminus, quod poſtquam Regulares cœperunt multiplicari ſine numero, multi non à Deo vocati, ad ſtatum perfectionis, ſed aliis rationibus adducti, Monaſteria repleverunt: " & impletum eſt, ait, illud Iſaiæ: Multiplicaſti gentem, non magnificaſti laudem. Inde nata ſunt ſcandala gravia & multiplicia, omnibus nota, quæ materiam uberem præbent columbarum gemendi & plangendi relaxationem, ne dicam cor-

ruptionem Oratorum Religioſorum." Lib. 2. De Gemina columba, cap. 6.

XVIII. Si quis incommoda, quæ exactiones & ſtipulationes dotium, tam citi titulo paupertatis veſtitas, committantur, expenderit; huiusmodi quoque intelliget, Canones dictas exactiones generaliter verantes, rationem quandam perpetuam habere; ideò que hiſce merito applicari illud S. Thomæ: "Si maneat ratio eadem propter quam lex primò utilis erat, non conſuetudo Legem, ſed lex conſuetudinem vincit: niſi forte propter hoc ſolum, inutiles lex videatur, quoniam non eſt poſſibilis ſecundum conſuetudinem patriæ, quæ erat una de conditionibus legis." 1. 2. q. 79. art. 3. ad 2.

XIX. Hinc conſequens eſt, periculofos hiſce Canonibus contrariam conſuetudinem opponi; præſertim, quia ſi quid humanæ ac poſitivi juris in Canonibus illis occurrat, illud tale eſt, ut ſine illius exacta obſervantia admodum difficulter caveatur, quod jure etiam naturali vetitum omnes agnoſcunt, uti ſuprà cap. 3. oſtendimus.

Ad hæc (uti rectè advertunt Doctores Lovaniensès in reſolutione caſus quam in Diſſertatione Canonica parte 2. cap. 4. §. 10. exhibui) conſuetudo hæc ſtipulando dotes non eſt univerſalis, & ſicubi ſit, non eſt attendenda; ubi ad eò enixa eſt ad verius præſatas exactiones Pontificum voluntas, & tam ſeria, ſollicita, & expreſſa toties, que repetita Canonum prohibitio, prout eſt in præſenti materia.

XX. His quæ hucusque dicta fuerunt opponi ſolet Decretum Concilii Mediolanenſis II. ſub S. Carolo hiſ verbis expreſſum: "Epiſcopus præterea tum impenſas æſtimet, quæ & in Religionis ingreſſu, & tempore profeliſionis fieri ſolent pro veſtitu, aut pro alia rebus, ad ipſius puellæ, vel monaſterii uſum commoditatem, ve pertinentibus; tum pecuniæ etiam ſummam præſcribat, quam puella alimentorum nomine monaſterio det; niſi venius, aut alia bona immobilia, quorum annui fructus, ejuſdem iudicio, ad ea adnenta ſatis, ſint monaſterio attribuantur. Ea autem omnis pecuniæ ſumma, eo nomine ab Epiſcopo decreta, re ipſa apud certum hominem, & virum bonum deponatur, qui profeliſione confecta, illam ſtatim monaſterio tradat."

Advertendum hic nullatenus probari, quod Moniales ab Ingreſſuſiſi aliquam dotem exigant; aut de ea cum Ingreſſuſiſi a ejuſve parentibus ſtipulentur vel contrahant: ſed Epiſcopo dumtaxat injungitur, ut is conſideratis, in ſingularibus caſibus, omnibus circumſtantiis tum ex parte Ingreſſuſiſi, tum ex parte Monaſterii determinet, an æquum aut juſtum ſit aliquid dari Monaſterio.

Quin enim ſæpe juſtum eſſe poſſit, ut Parentes ſuas proles Monaſterio offerentes, aliquid in earum alimentacionem offerant, dubium non eſt; imò nonnumquam contingere poſſet, ut etiam ob avaritiam ac tenacitatem parentum, qui proles ſuas in Monaſteria intrudere volunt, ut alias proles ditare & ſecundum ſæculum extollere poſſint, à Monaſterio proles repellantur.

Itaque quidquid ex hoc concilio liberi poſſit, illud eſt, ut Epiſcopus in ſingularibus caſibus determinet & iudicet, quid hic & nunc Monaſterio ex bonis Ingreſſuſiſi ſit attribuendum: nequaquam Monialibus, qua ex proprio intereſſe hic ſæpius procedunt, permittat dotes exigere aut ſtipulari; ſed hæc recipiant novitias prout Epiſcopus hic & nunc ſpectatis omnibus circumſtantiis iudicaverit, qui indubie ſpectatis circumſtantiis ſæpius iudicare debet, nihil ab Ingreſſuſiſi a ejuſve parentibus petendum eſſe.

4. Ritus externi in Regulis & Conſtitutionibus præſcripti non ſunt de eſſentia profeliſionis.
5. Jure Decretalium profeliſione tacita admittuntur, neque per Synodum Tridentinam omnino ſunt ſublata.
6. Moribus Gallie & Belgii profeliſio non niſi per ſcripturam probari poſſet.
7. Profeliſio tacita hodiernis moribus non admittitur.
8. Puella qua 30. annis poſt novitatum habitum profeliſionem geſtaverat, & tamquam profeliſam ſe geſſerat, admiſſa fuit ad hæreditatem paternam tamquam non profeliſa.
9. Carthuſiani in ſuis Conſtitutionibus excluſunt tacitas profeliſiones.

I. Solemnem ac publicam Monaſticam benediſcionem variis ritibus ac cæremoniis veſtitam in profeliſione adhiberi ſolitam, aliam vim non habere, quam habet ſuper populum Sacerdotis oratio, viſum jam pridem fuit S. Ivoni Carnoreniſi. Eam S. Antonio ac aliis antiquis dicit fuiſſe ignotam: multiplicatis verò poſtmodum Monaſchorum gregibus inductam ex quadam cautela, tamquam Religionis vinculum humanæ infirmitati poſitum. Ut monaſticus ordo, inquit, quanto ſerius in conſpectu Dei & hominum, & ſolemnius ligaretur, tanto robuſtius ac devotius à Monachis ſervaretur: & qui vellent ab hoc propoſito recedere, teſtimoniis pluribus convincerentur, & tamquam jurati in Chriſti Sacramentum ad propoſitum ſuum reverti cogerentur. Quibus liquet, traditiones hujusmodi nihil eſſe aliud quam quadam Religionis vincula, humanæ inſtabilitati poſita. Epiſt. 41.

Hanc S. Ivonis reflexionem probans Chriſtianus Lupus ad Canonem 40. Trullanum, rectè conſequenter notat, Dionyſium illum, qui nobis Monachorum benediſcionem producit, non eſſe Areopagitam Apoſtoli diſcipulum, ſed ſancto Antonio ac primis ejus diſcipulis poſteriorum.

Quo tempore hæc Moniales benediſciones, ac profeliſionis ritus primum invaluerint, incertum eſt.

II. Extat ritus profeliſionis in Regula S. Benediſti non abſimilis ei, quem omnes paſſim Religiones obſervant; ſi quaſdam orationes ac preces, quas poſterior ætas addidit, excipias.

"Suſcipiendus in Oratorio coram omnibus (ait Regula Benediſtina cap. 8.) promittat de ſtabilitate ſua & conſervatione morum ſuorum, & obedientia coram Deo & Sanctis ejus: ut ſi aliquando aliter fecerit, ab eo ſe damnandum ſciat, quem irridet. De qua promiſſione ſua faciat petitionem ad nomen S.क्टरorum, quorum reliquiæ ibi ſunt, & Abbatis præſentis. Quam petitionem manu ſua ſcribat, aut certe ſi non ſcit litteras, alter ab eo rogatus ſcribat. Et ille Novitius ſignum faciat, & manu ſua eam ſuper alt. re ponat. Quam dum poſuerit, incipiat ipſe Novitius mox hunc verſum: Suſcipe me Domine ſecundum eloquium tuum, & vivam; & non confundas me ab expectatione mea. Quem verſum omnis Congregatio tertio reſpondeat, adjungentes: Gloria Patri &c. Tunc ille ſrater Novitius proſternatur ſingularum pedibus, ut orent pro eo, & jam ex illa die in congregatione reputetur."

III. Quod Regula requirit, ut petitionem ſuam profeliſionis manu ſua ſcribat, aut certe ab alio ſcriptam ſigno Crucis ſignet ad majorem cautelam in caſu, quo profeliſio negaretur, merito in omnibus paſſim Monachorum Congregationibus receptum eſt: quin & in Conſtitutionibus Fratrum Eremitarum S. Auguſtini legitur, "ut quando cumque ſit aliqua profeliſio, præſens ſemper ſit publicus, Notarius, qui eadem die de omnibus quæ vident, & audierit, publicum conficiat instrumentum, in quo diſtinctè notetur, profeliſum liberè, & ſpontè, & non vi vel metu ſpoſpondiſſe; idque verbo protuliſſe."

IV. Verum hæc ſcriptura, uti & reliqui ritus in Regulis conſtitutionibusve Religioſorum quovis modo præſcripti Van Eſpen Jus Eccleſ. P. I.

pti, eſſentiam profeliſionis attingere non ſolent.

V. Ideoque jure Decretalium, etiam profeliſiones ſine ulla ſolemnitate; imò & ſine verbis, ſolo aliquo facto exteriori valida declarantur; eaſque ſine verborum formula & non expreſſè factas Canonica tacitas profeliſiones appellant; quarum ſpecies occurrit in Cap. 22. De Regularibus, & ſuſius exponitur in Cap. 1. eod. in VI. creditque Fagnanus ad Cap. AD NOSTRAM: eod. nec per Concilium Tridentinum profeliſionem tacitam ſublata, quæ de jure communi cenſebatur emiſſa & facta per ſuſceptionem habitum profeliſionem; modò hæc nunc ſiat completo probationis & expleto 16. ætatis anno.

VI. Apud Gallos ex conſtitutione Molinenſi art. 55. cautum eſt, profeliſionem Monachalem non niſi per ſcripturam probari poſſe. Similiter apud nos Edicto Perpetuo Alberti & Iſabellæ art. 21. eſt ſtatutum, ut profeliſio Religioſa fiat per litteras; & non per teſtes, niſi allegaretur, regiſtra eſſe deperdita; quo caſu probatio per teſtes recipi poſſet. Qui verò deperdita regiſtra allegata, ei probationis onus incumbit; uti monet Antonius Anſelmo ad Edictum Perpetuum art. 17.

VII. Cum igitur neque in Galli, neque in Belgio noſtro ulla profeliſionis quam per ſcripturam probatio admittatur, facile colligere eſt, non profeliſiones tacitas, quæ ex ſolis quibuſdam factis, aut modo agendi colliguntur, & de quibus per nullum authenticum ſcriptumque instrumentum conſtat; ſed ſolas profeliſiones expreſſas, de quibus per ſcripturam conſtare poſſet, in iudicio admitti poſſe.

VIII. Unde non ita pride n certam puellam quæ poſt annum probationis per 30. circiter annos habitum Monialium profeliſionem geſtaverat, & cum aliis Monialibus tamquam profeliſa Capitulo & deliberationibus intervenerat, ad hæreditatem paternam tamquam non profeliſam admittendam judicavit Senatus Pariſienſis; eo quod de expreſſa profeliſione non conſtaret; uti reſert D. De Fresne p. 2. du Journal des Audiences.

IX. Reſert quoque Wamelius in additione ad conſilium 454. ex ſecunda parte novæ collectionis ſtatutorum Ordinis Carthuſienſis Cap. 18. Profeliſionem tacitam in noſtro ordine non habemus, neque permiſiſimus, ſed omnes volumus expreſſè & publice profeliſos.

CAPUT II. De Ætate Profitentium.

1. Sanctus Baſilius ætatem 16. aut 17. annorum requiſivit.
2. Hoc tempus Synodus Trullana ad 10. annorum ætatem contraxit; & quare?
3. Tempore S. Ambroſii eadem ætas ad profeliſionem Monaſticam ſufficiebat, qua ad Matrimonium requireretur.
4. Hæc diſciplina juri Decretalium videtur conformis.
5. Nonnulli Ordines ob diſciplinam aſperitatem maturiorem ætatem requiſierunt.
6. Ne aliquis immatura ætate ad Religionem admitte-retur, ætas 20. aut 18. annorum requiſita.
7. A Patribus Tridentinis exaratus Canon requirens ætatem 18. annorum; & quare ab eo reſeſſum.
8. Pernicioſa vulgi opinio, quod Profeliſionem oporteat mundum noville.
9. Decretum Synodi Tridentine requirens annum 16. completum.
10. Synodus non improbat ſtatuta majorem ætatem requirentia.
11. Profeliſio facta completo anno 16. ætatis, ſed ante ætatem per ſtatuta requiſitam, eſt valida.

VActa jam pridem fuit diſciplina circa ætatem in recipiendis ad Vitam Monaſticam requiſitam.

I. Sanctus Baſilius in Epiftola ſua Canonica, Can 18. profeliſiones Virginum validas non reputabat, quæ ante 16. S 3 aut 17.

TITULUS XXVII

De Profeliſione & ejus effectu.

CAPUT I

De Profeliſione ſolemnis ejuſque ritu; & an tacita hodie obtineat?

1. Quam vim habeat ſolemnis Monachorum benediſcio

antiquitus ignota?

2. Ritus profeliſionis à S. Benediſto præſcriptus.
3. Regula Benediſtina requirit, ut Profeliſus petitionem ſuam ſignet; quod moderna diſciplina eſt conformis.



aut 17. annum fiebant. "Professiones, inquit, ab eo tem- pore judicamus, quo ætas rationis complementum ha- buerit. Non enim pueriles voces omnino in his ratas esse existimare oportet: sed eam quæ supra sexdecim vel sep- temdecim annos nata fuerit, rationisque compos; & diu examinata, probataque perseveraverit."

II. Synodus Trullana ætatem à Basilio requisitam ad ætatem 10. annorum contraxit; volens ut qui Monachi- cum jugum est subiturus, non sit minor quàm decem an- norum natus; ejus quoque rei examinatione in Præfulis arbitrio sita, an augeri tempus conducibilis existimet ad introductionem & constitutionem in vita Monastica. Post hæc Patres illius Synodi rationem allegant, ob quam à regula S. Basilii non nihil recedendum crediderint: de qua vide notas nostras ad Can. 40. Trullanum.

III. Si S. Ambrosio credimus Libro 3. De Virginibus, ætas sufficiens ad matrimonium carnale, etiam ad matri- monium spirituale per professionem sufficere debet; ad- eo ut ætas 12. annorum in puellis, & 14. in adolescentibus sufficiens judicaretur.

IV. Hanc disciplinam Ecclesia Latina tandem rece- pisse videtur; eamque, si jus commune seu Decretalium spectemus, firmavit; uti colligere est ex Cap. 8. 11. & 12. De Regularibus; additã tamen hac exceptione desump- ta ex Epist. 48. lib. 1. sancti Gregorii, "Quia dura est in- insulis Congregatio Monachorum, etiam pueros in illi- dem Monasteriis ante 18. annum suscipi prohibemus." Cap. 6. eod.

V. Ex hac consideratione ex vitæ austeritate deprom- pta, aliqui Monachorum Patres & Superiores ætatem nonnihil majorem, quam jure communi statuebatur, re- quisierunt.

Et quidem Carthusiani, ut ipsorum pristina Ordinis statuta indicant, ante 20. annum nullum ad suum ordinem recipiebant; hæc idoneum judicantes militiã aded labo- riosã ante eam ætatem sustinendã. "Pueros siue adolef- centes non recipimus, inquit, sed viros, qui juxta præ- ceptum Domini per manum Moyſi, viginti ad minus annorum, ad bella sacra possint procedere."

VI. Inter statuta Congregationis Cluniacensis à Petro Venerabili sæculo 12. collecta habetur: "Statutum est, ut nullus etiam ex concessione futurus Monachus, Regula- ribus usque ad 20. annos vestibus induatur."

"Causa hujus instituti fuit (inquit Petrus Venerabilis) immatura, nimisque celer infantium susceptio, qui ante- quam aliquid rationalis intelligentiã habere possent, facta Religionis vestibus induebantur, & admixtaliis, puerilibus ineptiis omnes perturbabant." Biblioth. Clu- niacens. pag. 1364. Statuto 36.

Anno 1238. Otto Sedis Apostolicæ in Anglia Legatus convocatis totius Regni Abbatibus Ordinis S. Benedicti, quædam Statuta eis proposuit, quorum primum erat: ut nullus ante 20. annum completum ad professionem, & ante 19. ad probationem in Monasterium de cætero admittatur. Apud Matthæum Parisiense ad annum 1238.

Synodus Parisiensis sub initium sæculi 13. veterat quemquam ante 18. annum in Monasterium recipi; quod & sub idem tempus Synodus Oxoniensis decreverat.

VII. Si Cardinali Palavicino credimus, à Patribus Concilii Tridentini paratus fuit Canon, quo statuebatur, fas non esse regularem professionem emitti ante annum decimum octavum. "Sed Archiepiscopus Pragensis, Bar- tholomæus de Martyribus) vir clauſtri peritus, ait Pa- lavicinus, prævalide dehortatus est Patres ab eo consilio, affirmans, deteriorẽ fructum reddi plerumque Cœ- nobiis ab iis, qui à teneris annis illic sati non fuerint, adeoque adhuc illi a vitis laxioris libertatis: satius esse, sancire, ut probationis tempus ad duos annos pro- duceretur; ita tamen ut fas esset, professionem emitti, anno decimo sexto." Lib. 24. cap. 6.

VIII. Hic obiter nota, quam longè abisset magnus ille Præful ab ea vulgi opinione, quod priusquam Mona- sticam vitam quis profiteatur, eum oporteat mundum no-

visse; hoc est, ejusdem vulgi sensu, vitis & voluptatibus mundi nonnihil fuisse immersum, quod quam ipsis ado- lescentibus perniciosũ, multis ostendit Petrus à S. Audoma- ro vulgo Wallon. Capelle Prior Monasterii S. Wignoci l. 3. Instit. Monast. cap. 24. exclamaturque: "O unam nulli Religionis unquam audissent, viderent, & gustaf- sent, quidquam sæcularium, non sanè adeo multi perdi- tẽ viverent in suis Cœnobis, nec tot apostatæ essent, ju- gumque Christi suave detrectarent."

IX. Hac Archiepiscopi Pragensis aliis que rationibus induciti Patres Tridentini tandem decreverunt, "in qua- rumque religione, tam virorum quam mulierum, pro- fessio non fiat ante decimum sextum annum expletum... Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus regulã, vel Religionis, vel Or- dinis observationem, aut alios quoscumque effectus." Sess. 25. De Regularib. cap. 15.

X. Si quis verba hujus Decreti attendat, facile intelli- get, mentem Patrum quidem fuisse, ut ante 16. annum facta professio esset nulla & invalida; ideoque noluerit in minori ætate ad professionem nullum seu virum seu mu- lierem admitti posse: sed tamen nequaquam improbasse particulares Ordinum quorundam constitutiones, majore ætate requirentes; quod & Sacram Congregatio- nẽ aliquando declarasse testatur Fagnanus ad Cap. NUL- LUS De Regularib. num. 15. "Quippe quod Concilium non ponit, inquit, ut professio fiat anno decimo sexto, sed non possit fieri ante, sed post." Qui & ibidem num. 13. observat in Religione Fratrum Capucinorum S. Fran- cisci, ex statutis Ordinis novitios non recipi ad habitum ante 17. annum completum si Clerici sint, & ante 19. si laici; & per consequens, non admitti Clericos ad pro- fessionem, nisi ex ætate 18. & laicos 20. anno. Et in Religio- ne minorum Conventualium S. Francisci Novitii Clerici prohibentur ad professionem admitti ante annum 19. & laici ante 25. com. letum ex constitutione Pii V. quæ inci- pit, Illanos. Hæc Fagnanus; qui insuper n. 16. movet, gene- raliter à Clemente VIII. in Decretis super receptione & educatione Novitiorum prohiberi Conversos recipi ad ha- bitum Regularem ante annum ætatis vigesimum, & conse- quenter ad professionem non ante annum vigesimum pri- mum.

Quousque hoc Decretum extendatur, ac receptum sit, ex usu & consuetudine ipsi Superiores Ordinum intelli- gere possunt.

XI. Si tamen anno ætatis 16. expleto professio fuerit facta, non expectato anno ætatis ulteriore per statuta Ordinis requisita, non videtur propterea professio futu- ra invalida: eo quod statuta; dum majorem ætatem requi- runt, invaliditatem aut nullitatem professionis adjunctam habere non soleant: que nammodum supra de longiori quam annali novitiatũ tempore in aliquibus Ordinibus præscripto notatum est.

CAPUT III. De Formula Professionis, & quid contineat?

- 1. Pristina professionis formula nullum particulare vo- tum exprimebat.
2. Qui vitam Monasticam proficetur, omnia ejus essen- tialia promittere censetur.
3. Olim formula professionis nullam determinatam regu- lam exprimebat.
4. S. Benedictus primus formula professionis observan- tiam suã regulã inclusit.
5. Quæ hodierna formula professionis benedictina expres- se includantur.
6. Paupertatis & castitatis vota tacitè censentur com- prehensa.
7. Quoad tria vulgaria Religionis vota formula Benedi- ctina reipsa convenit cum recentioribus.

8. Etiam

8. Etiam votum stabilitatis tacitè continetur in formulis recentioribus.

9. Stabilitas loci in formula Benedictina expressa quid significet?

I. Si pristinas Monachorum regulas atque revolva- mus, nullam reperimus professionis formulam, quæ aliquod particulare votum cujus virtutis aut actionis exprimat; sed simplicem dumtaxat Monasticã vitæ pro- fessionem.

II. Noverant enim pristini Monachi, eum, qui se de- dicat Monachatu, votetque vitam ac professionem Mo- nachalem, virtualiter votere omnia, quæ sunt substan- tialia Monachatu; uti sunt vera morum conversio, cæli- batus siue continentia, voluntaria paupertas, obedientia, loci stabilitas aliæque eo pertinentia.

III. Imo per quinque circiter sæcula adeo indetermi- nata ac generalis erat Monachorum professio, ut nequi- dem certam determinatamque regulam profiterentur, sed eam, quæ ad observantiam vitæ Monasticæ magis con- ducere videbatur, judicio Superiorum suscipiebant Mo- nachi; ad eamque servandam vi suæ professionis se adstric- tos credebant.

IV. Hinc mutata passim regulæ, & plures in uno eod- emque Monasterio servatæ, uti monet Vir eruditus Jo- an. Mabillonius in præfatione ad part. 1. sæculi IV. SS. Benedictinorum; & addit, quod "Sanctissimus Legislator Benedictus, primus aut certè inter primos solemniss pro- fessionis formam, modumque præscripserit, atque intra professionis terminos includerit Regulã suã observatio- nem; à qua deinceps recedere non liceat."

V. Juxta formulam à S. Benedicto præscriptam, prout hodie extat & à Benedictinis usurpatur, tria explicitè pro- mittuntur; nimirum stabilitas loci, conversio morum, atq; obedientia secundum Regulã à S. Benedicto conscriptam. "Quamquam [uti monet Mabillonius in citata præfatio- ne n. 59.] in veteri Benedictinã professionis formula a- pud Theodemarum, & duabus aliis in appendice no- strã, ait, relatis, atque in Regulã Magistri cap. 89. [quæ Regulã non tam specialis est, quam commentatio Bene- dictinã] nulla etiam occurrat mentio conversionis mo- rum: nimirum quia obedientia secundum Regulam voto satis contineri videbatur."

VI. Verum sicuti ipsa morum conversio, tamen formu- la professionis non expressa, satis videbatur comprehen- sa eo quod observantia Regulæ promitteretur, ita quoq; voluntariæ paupertatis, ac celibatus seu castitatis vota in- clusa censebantur, quia etiam illa tamquam vitæ Mona- sticæ essentialia Regula percipit, & complectitur.

VII. Quapropter formula Benedictina reipsa quoad tria illa vitæ Monasticæ ordinaria vota, non differt à re- centioribus quorundam Ordinum formulis, quibus tria illa vota explicitè continentur: v. g. in formula Fratrum Minorum S. Francisci, quã promittit proficiens, toto tem- pore vitæ suæ servare Regulã Fratrum Minorum per Dominum Honorium Papam confirmatam: vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Sic quod recentio- res formulæ explicitè promittunt, id Benedictinã ac pristina Monachorum professio virtualiter semper conti- nebat, & modò continet; & hinc proficientes eadem quo- que vovent, quæ illæ complectuntur.

VIII. Similiter loci stabilitas quã exprimit professio Be- nedictinã, etiam in recentioribus professionis formulis vir- tualiter continetur, tametsi explicitè de ea mentio non fiat.

IX. Stenim Benedictinã Regulã ritè expendatur, no- tam erit, voto stabilitatis Monachum ita obstringi, ut numquam vitam Monasticam deserere; aut sine licentia Superioris Monasterii egredi possit, uti rectè advertit Car- dinalis à Tarre-Cremata in commentaria ad Regulam S. Benedicti tract. 127.

Postquam enim Novitius anno integro probatus fuit, Regulamque tertio sibi prælectam serio expendit, si ha- bita secum deliberatione, ait Regulã, promiserit se om- nia custodire, & cuncta sibi imperata servare, tunc susci-

piatur in congregatione, sciens se sub lege Regulæ con- stitutum, quod ei illa die non liceat egredi de Monaste- rio, nec collum excutere de sub jugo Regulæ, quam sub tam morosa deliberatione licuit aut excutare, aut suscipere.

Ecce ipsi Monacho clarissimè proponitur, ad quid facta professione voto suo sit constingendus; nimirum, post hæc liberum ipsi nequaquam futurum, de Monasterio egredi, ne jugum Regulæ excutere; quod omnibus professionibus Monasticis, ac Religiosis commune esse, nemo negave- rit.

CAPUT IV.

Professio Religiosa an professum astringat stabilitate Mo- nasterio? Et quid ab exente Monacho ob- servandum?

- 1. Regula Benedictina Monachos solitudinem commendat.
2. Eadem passim in Regulis & Canonibus commendata.
3. Votum stabilitatis Monachos ad perpetuam clausuram non adstringit.
4. Multa circa egredientes Fratres præscripsit S. Benedi- ctus à moderna disciplina Monastica non dissona.
5. Egredi debent se Superioris & Fratrum orationi com- mendare; hinc hodierna benedictinis postulatio.
6. Benedictina Regula non sinit Monachum solum egredi.
7. Regula Orientalium non permittebat Monachum so- lum cum extraneo colloqui.
8. Etiam postiores Regularium, præsertim Mendicantiũ Constituciones præcipiunt, egredienti socium adjungi.
9. Monachi ad Monasterium revertentes orationem pro- pter excessus petere debent.
10. Monachi mensas laicorum declinare debent dum e- grediuntur.
11. Quid de hoc articulo recentiores Ordinum Constitu- tiones?
12. Decretum Synodi Tridentina circa Regulares sine li- centia à suis Conventibus recedentes.
13. Quid circa illos habeant Ordinum Constitutiones?
14. Non faciliè admittenda Regularium evagatio.

I. Præcitata Regulæ Benedictinæ verba sat insinuant, mentem sancti Patris esse, Regulamque, quam profi- tentur, exigere, quòd Monachis suo arbitrio & propriã vo- luntate de Monasterio exire non liceat. Quod ipsum cla- rius expressit cap. 66. suæ Regulæ, ubi ait: "Monasterium, (si fieri potest) ita constitui debet, ut omnia necessaria, id est, aqua, moleninum, hortus, pistrinum, vel artes di- versæ intra Monasterium exercentur: ut non sit necessi- tas, ait, Monachis vagandis foras: Quia omnino non ex- pedit animabus eorum."

II. Neque soli Benedicto hic solitudinis amor inedit, sed omnibus Monachorum Patribus fuit communis, & passim in omnibus Regulis solitudo inculcata, atque Ec- clesiasticis Decretis præcepta tamquam perfectionis Mo- nasticæ assequendæ & conservandæ primarium instrum- tum: uti videre est in Can. 4. Calchedonenſi, & 46. Trulla- no. Hinc illud sub nomine Eugenii Papæ apud Gratianum 16. q. 1. can. 8. "Monachus clauſtro sit contentus: quia sicut piscis sine aqua caret vitã, ita sine Monasterio Mo- nachus. Sedeat itaque solitarius, & taceat; quia mundo mortuus est, Deo autem vivit."

III. Nequaquam tamen hinc quis concludat, ex S. Bene- dicti aut Ecclesiæ intentione Monachos seu Religiosos voto stabilitatis obstrictos, vi illius perpetuã clauſtra esse Mona- stero conclusos; quia & ipse Benedictus in sua Regula non semel supponit, Monachos de Monasterio causã necessi- tatis, aut utilitatis cum licentia Superioris egredi posse.

IV. Et quidem c. 67. de fratribus itinerantibus agens, expressit quæ in exitu, quæ in reditu ipsi agenda sint: quæ nec ab hodierna Religioſorum, etiam recentiorum disci- plina aliena sunt.

V. Ac imprimis vult, ut "dirigendi Fratres in via, om- nium Fratrum vel Abbatis se orationi commendent."

Ad idem collimat quod in sua Regula cap. 8. habet S. Frustrum.